

12.

Heinrich VI. überträgt dem Grafen Rambald von Treviso die Entscheidung über Appellationssachen aus Stadt und Gebiet von Treviso. 1190, Mai 29, Regensburg.

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus fidei¹⁾ suo Rambaldo filio quondam fidelis nostri Schenelle Tarvisinorum comiti gratiam suam et bonam voluntatem. Fidem tuam et devotionem commendatam habentes et honori tuo intendere et ipsum ampliare cupientes causas appellationum Tarvisinae civitatis et universi eius districtus tuae discretionis committimus cognoscendas et omni occasione, excusatione et recusatione cessante, quoad usque nostrae placuerit maiestati legitimo fine terminandas, sicuti ante serenitatis clementiae facta est²⁾, mandantes igitur tuae devotioni, ut causas predictorum fidelium nostrorum, quae tuae cognitioni preposite fuerint³⁾ nostra auctoritate cognoscas easque vel per te vel per tuum iudicem vel iudices fine debito decidas.

Datum apud Ratisbonam anno domini millesimo centesimo nonagesimo, indictione IX, quarto calendas Iunii.

Aus einer gedruckten Deductionsschrift von 1814: Vinciguerra del fu Giacomo Massimiliano conte e signore di Collalto domanda al di lui zio sacerdote abbate di Narvesa Vinciguerra conte di Collalto e S. Salvatore li beni feudali da esso ritenuti u. s. w. im bischöflichen Archiv zu Treviso. 1) Druck: fidelis. 2) Im Druck ist offenbar etwas ausgefallen. 3) Druck: preposita fuerit. — Nicht bei Stumpf, sonst ungedruckt.

13.

Heinrich VI. bestätigt dem Erzbischof Wilhelm von Ravenna die Grafschaft Argenta mit allen Pertinenzen ungeachtet eines von den Ferraresen erworbenen kaiserlichen Privilegiums. 1195, Nov. 28, Worms.

Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Imperialis excellentie nostre benignitas devota fidelium suorum obsequia clementi animo propensius respicere consuevit ipsorumque commodis et oportunitatibus providere cura dilligenti. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos attendentes puram fidem et devotionem, quam dilectus princeps noster Guillelmus Ravennas archiepiscopus in obsequiis nostris ferventer exhibuit et in posterum paratus est exhibere, ipsi et ecclesie sue Ravennati imperiali auctoritate confirmamus et firmiter corroboramus totum et integrum comitatum Argente, videlicet ipsam Argentam, Portum et totam plebem de Portu, scilicet Capud Sandali, Grasulum, Ripapersicum, Virgundinum, Portum Veterarie et Sandalum, Materium quoque Cavallum et curtem de Podio, plebem Sancti Viti cum hominibus suis et quicquid ecclesia Ravennas habet in ipsa plebe et in Licola¹⁾ et alias capellas ipsius comitatus et homines cum omnibus